

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. IV. Consuetudo obligat graviter parentes Christianos, & in eorum defectum Dominos ac Pastores, ut primâ opportunitate parvulis procurent Baptismum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

Disputatio 2. De Baptismo.

322

ratione maiora, qua multò amplius sunt tremenda, contingent?

43.

Ne fideles
multis bo-
nis priva-
tis,

Quaris à D. Aug. quæ mala? Respondebit tibi in eadem Epistola: An non cogitamus cum ad istorum periculorum perveniunt extrema, nec est potestas illa fugienda, quantum in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni ecclæ concursu, alijs Baptismum flagitiantibus, alijs Reconciliationem, alijs etiam Patientientem ipsius actionem, omnibus consolationem, & Sacramentorum confectionem, & exortationem? Vbi si ministri definis quantum exitum sequatur eos, qui de isto saeculo vel non regenerati exēnt, vel ligati? Quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vita eterna requite non habebunt? Quantus denique gemitus omnium, & quorundam quanta blasphemia de absentia ministeriorum, & ministrorum? Vide quid faciat malorum temporum timor, & quanta in eo sit acquisitionis malorum eternorum.

Hac cogitate, hæc in statu cordis vestri appendite, quibus hoc periculo tempore persecutionis non tam corporum, quam animarum cura communis est ovis Domini, legite & relegate Epistolam D. Augusti, præmemoratam, & sequimini doctrinam tanti Doctoris, & exemplum Pastoris Pastorum Christi Iesu Domini nostri, qui semetipsum tradidit pro oibis suis, & pro grege suo mori dignatus est; cui vos obligatis, vel potius qui vos sibi obligavit in susceptione cura pastoralis, pacere gregem populi sui, pacere verbo salutaris doctrina, pacere administratione Sacramentorum, pacere exemplo bonorum operum, co præsertim tempore, quo hæc ministeria magis necessaria sunt; ne forte, quod absit, aliquis vestrum reperiaru in numero illorum Pastorum, quibus minatur Dominus apud Prophetam Ezechielē supra v. 10. Ecce ego ipse super Pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, ut ultra non pacant gregem, nec pacant amplius Pastores semetipos, & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in escam.

44.

Ezech. 34.
Et ipsi Pa-
stores à Deo
graviter ju-
dicientur.

Nec dicat aliquis: hec obligatio gravior est, & inæqualis mercedi, quam recipio. Enimvero non sollicitudinis, laborum & ejusmodi obligationis merces aut præmium sunt fructus sive proventus temporales, qui hic pro vita sustentatione tantum suppeditantur (quos si solum attendas mercenarius es) sed merces & præmium sunt bona illa cælestia, quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt. Merces est quod à Christo audies: Euge serva bone & fidelis intra in gaudium Domini tui. Matth. 25. v. 23. ubi

Matth. 25.

semper cum Filio eris, & honorificabit te Pater, quia Filio in oibis suis ministeriali, & dilexisti usque ad bonorum spoliacionem, usque ad incarcerationem, usque ad mortem ipsam. Vide plura apud Wigget's Tract. de Fort. c. 1. dub. 5. ubi experte agit de hac controversia, & subscripti sententiæ D. Aug. Jure, vel iniuriâ, quis potest ambigere? Jure profecto meritissimo.

Et excusatibus parentes ac Pastores ne cum vita periculo in gravi necessitate parvulis debeant procurare Baptismum? Nsequaque: indubit enim omnes fideles graviter scandalizarentur, si contrarium fieri viderent.

Sed numquid, quæ parentis fidelis, eadem est obligatio parentis infidelis? Non etsi licet ambigendi locus. Numquid etiam eadem obligatio Pastoris respectu parvorum parentum fideliū, & infidelium? Sanè cùm parvuli infidelium non pertinet ad jurisdictionem Ecclesiæ, Parochus non aliam habet obligacionem respectu eorum, quam quilibet alias privatas. Et qua illa? baptizandi eos in extrema necessitate, parentibus licet invitis.

Atque hæc sufficiunt de obligatione baptizandi parvulos in necessitate. At vero extra necessitatem, nonne pro libitu poterit Baptismus eorum differri? Minime: sed

CONCLUSIO IV.

Confuetudo obligat graviter parentes Christianos, & in eorum defectum Dominos ac Pastores, ut primâ opportunitate parvulus procurent Baptismum.

Prima opportunitas est illud tempus, quod spectatis omnibus circostantibus prudenter censetur opportunum. Dixi autem, Confuetudo, quia hodie nullum ius scriptum de hac obligacione graviter reperitur. Hinc DD. unanimiter (uno aut altero contradicente) allegant confuetudinem. Sensus etiam fidelium, ac scandalum si securus fiat, idem arguunt. Ceterum juri divino satisficeret, si baptizaretur in articulo mortis; amplius quippe non constitutum est.

Addidi ly, Christianos, id est, baptizatos; siquidem de ijs, qui forsunt, non est Ecclesiæ judicare, juxta illud Apostoli i. Cor. 5. v. 12. Quid enim mihi de ijs, qui forsunt, indicare? Nonne de ijs, qui forsunt, non indicare? Nam

Sect. 4. De Subject. & pract. Baptis. Concil. 4. 323

Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Per conlequens non est Ecclesiae pro ipsis, qui foris sunt, ferre leges propriè dictas; etenim legislator iudex est legis, id est, eorum, qui legem transgrediantur: & legislatio est actus jurisdictionis, qui non exerceatur nisi in subditos; subditi autem Ecclesiae non sunt, qui per Baptismum eam non fuerint ingressi.

47.

Quæ etiam est ratio, quare Ecclesia non possit præcipere adultis immediate, ut hoc vel illo tempore Baptismum solciant: bene Pastoribus ut tali & non alio tempore conferant. Fuit quidem olim in Gallia consuetudo non baptizandi, etiam parvulos circa necessitatem extra duo anni tempora, sabbathum scilicet sanctum Paschatis, & Pentecostes, sed hic mos exolevit, ita ut ubique non solum parvulus, sed etiam adulcis omni tempore solemniter hoc Sacramentum administretur.

Unde Paulus V. in Rituall Romano Tit. de Baptismo §. de baptizandis parvulis: *Opportune, inquit, Parochus hortetur eos, ad quos ea cura pertinet, ut natos infantes sive baptizandos, sive baptizatos, quamprimum fieri poterit, & quæ decet Christianam modestiam sine pompa vanitate deferant ad Ecclesiam, ne illa Sacramentum tantopere necessarium numerum differatur cum periculo salutis &c.*

48.

Porrò cura illa petinet primò ad parentes; & in eorum defectum ad Dominos temporales, qui in iura parentum succidunt; denique ad Pastores, quibus etiam incumbit cura salutis parvolorum parentum sibi subjectorum. Enimvero partus sequitur ventrem, iuxta legem 7. Cod. de Rei Vend. Partum ancilla, matris sequi conditionem: *ne statim patris in hac specie considerari, explorati iurius est.* Si ergo qui nascitur ex ancilla servus efficitur hominis; Quid miratur si puer, qui nascitur ex parentibus Ecclesiae in spiritualibus subjectis, & ipse subjiciatur eidem Ecclesiae quoad animæ suæ spiritualem salutem? Numquid nascitur ex iure omnium generum subditus illi Principi temporali, cui Parentes subduntur in temporalibus?

Profectò ratione hujus subjectionis talis qualis (nam perfecta non est, ut patet) Ecclesia secundum communem doctrinam Theologorum potest hujusmodi proles invitum parentibus baptizare, & baptizatas, quando id foret necessarium, ab ipsis abstrahere. Merito ergo Parochi eamdem cum parentibus Christianis subeunt obligationem, in tantum ut etiam utroque parente invito possit, & debeat parvulos ipsorum baptizare. Quid autem faciendum sit

si vel unus vel uterque parentis infidelis dissentiat, sequentes conclusiones edisserent:

CONCLUSIO V.

Baptismus parvolorum, etiam contradicente utroque parente infideli, semper valet; licet autem, si parentes sint mancipia Christianorum, aut alter eorum consentiat.

N Omine, Infidelium; intelligo hic omnes non baptizatos; secus haereticos, vel apostatas; sicut enim hi, non minus quam Catholicos, manent sub potestate Ecclesiae, possuntque ad fidem servandam compelli, sic etiam eorum proles, non minus quam Catholicorum validè & licite per se loquendo ipsis repugnantibus baptizantur, & a parentibus abstrahuntur, ubi necesse fuerit pro reverentia Sacramenti. Patet ex dictis conclusione præcedenti.

Hoc supposito: prima pars conclusionis est omnino certa; & communis Theologorum, uno vel altero excepto. Et inteligo eam de infidelibus quibuscumque subiecti: sive non subiectis Principibus Christianis. Ratio est manifesta; quia non potest statui aliquid esse necessarium ad valorem Sacramenti, nisi ex Concilijs, Scriptura aut Traditione constet; alias cuiilibet erit liberum fingere nova requisita, quæ tamen dependent à sola voluntate Christi.

Ostendat igitur Durandus ubi Christus requisiuerit ad validum Baptismum consensus parentum, & libenter ipsis subscribitur. Si vero id offendere non possit, sicut revera non potest, mirari desine, communem Theologorum scholam adhuc sententia D. Aug. Epistola 23. ad Bonifacium, ubi sic inquit circa medium: *Illi ad autem nolo te fallat, ut existimes reatus vinculum, ex Adam tractum, aliter non posse disrumpi, nisi parvuli ad percipiendum Christi gratiam, à parentibus offerantur.*

Rationem invenio in principio ejusdem Epistola: *Non enim scriptū est: Nisi quis renatus fuerit ex parentum voluntate, aut ex offerventia, vel ministrantium fide: sed: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto.* Ut quemadmodum ad contrahendum peccatum originalis non existit consensus parentum vel alicuius alterius preter Adam, ita neque ad remissionem originalis contracti requiratur

Sf. 2. consensu-

49.
Quinam intelligantur nomine parentum infidelium.

50.
Ipsorum proles va-
lide semper
baptizan-
tus;

Etsiā ipsi
contradi-
centibus;

S. Augusti:
Illi ad autem
nolo te fallat,
ut existimes
reatus vinculum,
ex Adam tractum,
aliter non posse
disrumpi, nisi
parvuli ad
percipiendum
Christi gratiam,
à parentibus
offerantur.

Olim era-
alia con-
fuerudos;

Sed modo
abrogata;

Ut constat
ex Rituall
Romano
Pauli V.